

confessionem liberati ambulaverunt²⁸ in fortitudine cibi illius zelantes pro domo ecclesia Dei, et veluti leones ignem ex ore spirantes nec infancie nec caniciey Hebreorum pepercerunt. Concluserunt itaque omnia in gladio et igne, paucis se elegantioribus infantulis de camino ignis ardentis abductis, quos postmodum^d viscera misericordie Christianorum fidelium per regenerationem sacri baptismatis a tenebris errorum^e Iudaice perfidie^f ad lucem vere et orthodoxe fidei perduxerunt constituentes^f eos sibi in filios et filias adoptivas.

Namque tunc potestas tantum vilis et communis plebicule fortitudinis impetum quovis ingenio poterat cohibere, quiquid^g pro ulciscenda Dei iniuria perficerent, pro quo spiritus Domini ipsos^h non modo una hora, verum uno momento deⁱ ex diversis locis et longe distantibus in unitatem voluntatum^j et sancte fidei^j congregavit. Factum^{k29} est autem hoc, ut scripture implerentur^l: „Venient dies, in quibus dicent: „Beate^m steriles, que non genuerunt, et ubera, que non lactaverunt.“ „Dicebant enim tunc Iudei montibus castrorum suorum: „Cadite³⁰ super nos“, et collibus domorum suarum: „Operite nos.“ Sic itaque non moti penitencia, sed desperatiⁿ in malicia, sonantibus inter ardores ignium musicis instrumentis, quidam^o eis^p propriis mucronibus sua viscera et parvulorum suorum confoderunt^q. Quidam cum Iuda traditore^r Christi Iesu^r laqueo³¹ se suspenderunt.

Mane^{s32} autem facto congregati iurati cives et seniores civitatis consules in pretorium dixerunt: „Non³³ licet cuiquam servare ablata

d) post *M* e) errorisque *M* f-f) *fehlt P* g) quin quid *M*; quin *P*
 h) *fehlt M* i) *fehlt P* j-j) et sanctae fidei *M*; voluntatum et facta sanctae fidei *P*; voluptatum *PL* k) *ffactum PL* l) implerentur *PL* m) beatae *P*; beati *PL* n) desperatione *P* o) *folgt eo gestrichen PL* p) ex eis *P*
 q) effoderunt *M* r-r) Christi traditore *P* s) *na zuvor durchgestrichen PL*

28) *Malach. 19,8*: qui cum surrexisset comedit et bibit | et ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus | usque ad montem Dei Horeb.

29) *Matth. 26,56*: Hoc autem totum factum est | ut implerentur scripturae prophetarum.

30) *Luc. 23,29–30*: quoniam ecce venient dies in quibus dicent | beatae steriles et ventres qui non genuerunt | et ubera quae non lactaverunt / tunc incipient dicere montibus cadite super nos | et collibus operite nos.

31) *Matth. 27,5*: et proiectis argenteis in templo | recessit et abiens laqueo se suspendit.

32) *Matth. 27,1*: Mane autem facto | consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Iesum | ut eum morti traderent.

33) *Matth. 27,6*: principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt | non licet mittere eos in corbanan quia pretium sanguinis est.